M0007157: Manuscript page from Chirurgia Albucasis

Publication/Creation

30 July 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rrsc5r8c

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

modus cautij nominatur cauterium
[illegible]. De cauterigatione doloris

Quando accidit dolor in dorso.
so ex causis multis. aut a casu. aut
percussione. aut euacuatione superflua. et
illis similibus ex infusione materie frig
ide. et cauterium quidem non cadit nisi in hac
spe sola que fit ex effusione materie frigide.
oportet ergo post euacuationem infir
cum pill fetidis et eis similibus ut fiant sr
dorsum ubi est dolor tres linee secundum latitu
dinem alineatam ipsius propinquas signas
cum encaustro in omni linea. v. cautia aut
plura secundum quantitatem que uenit ex tolleran
cia infirmi et uirtute eius. Et fiat cautica
tio cum cautio puncti. et illus cauteri

ca tribus cauteriis aut iiij. cum cautio di
clauili mediali. cuius hec est forma.

Quando accidit hec gibbositas in fa ceptionis gib
bositatis
. et signum inceptio
nis eius in pueris est quod accidit sup eum sta
tum iancelitu apud eleuationem in moti
onibus eius in ultima spondilium dorsi et
nodos eius quia incipit eminere sr re
liquas spondiles. Cum ergo uides illud
et uis facere stare illud tunc cautica ipsum
cum cautio quod sit circulus. secundum hanc formam
ut capiat cautum sup omnes partes spondilis e
qualiter.

Et si uis cautica in cir
cuitu spondilis cum ca
utio puncti duas li
neas. aut tres et sint
puncta propinqua ad in
uicem. deinde cura locum donec sanetur cum
eo quod diximus. et caue ne administres
cauterium in gibbositate que fit in spasmo
neruorum.

Quando de cauterigatione podagre
dolores incitantur et aut dolor iunc
ab humiditatibus frigis que effunduntur
tur ad quilibet membrum corporis et qui acci
dunt dolores in pedibus de consuetudine
medicorum medicorum est ut nominent
illud podagram proprie. cum ergo curatur poda
gra frigida cum medicis curationis et non
remouentur dolores. tunc cauterium re
mouet eos. et est ut cautices eum post
euacuationem in circuitu iuncture pedum
cauteriis multis. Et sit cauterium oliuare
et hec est forma eius.

et si indiges ut punctes facies pedis tunc
fac cum cautio puncti. Quod si ascendunt
dolores usque ad genua. aut ad reliquas
iuncturas. et multotiens accidit illud.